Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Straßburger Formularbuch - Cod. St. Blasien 98

[Straßburg], [um 1450-1470]

"De moribus Senece. Omne peccatum est actio voluntaria ..."

urn:nbn:de:bsz:31-53538

Visual Library

Agenda et obmittenda demonstrat
Studijs mos labor nutrit
Te ipsum feliciorem facies si intellexeris quia bona esse quibus virtus admixta est
Unum est bonum nisi rerum sciencia
Unum est malum nisi rerum imperitia
Ad summum bonum tutum est iter
Iocundum est id quod te natura instruit
Sciencia te parem deo pro reddit
Multos etiam reges rexit ratio
Remedia non que sunt sed in quibus commorantur
Virtus ad summum nititur apposita et promittit ut pares deo fiunt
Ad philosophiam tota mente contende
Subtilitas est sine dissimilitate
Anima memo libere sit
Singulis rebus modum adhibeas
Ex pulcritudine anime ornatur corpus

De Moribus Senece

Omne peccatum est actio voluntaria
Disciplina bonos mores facit
Illud sapit unusquisque quod didicit
Bona consuetudo excutere debet quod mala instruit
Bene docet loqui qui bene docet tacere
Ab omnibus audias quod loquaris
Quod tacitum est nemini dicas
Cum promiseris statim facias
Nil peius quam ingratitudinis fuisse
Pacem habebis cum hominibus sed et bellum cum vitiis
Bonum est laudare sed dignum laudari esse
Tunc est magna ignominia egestas avaritia

Iste est maxime paup qui sibi videtur paup
Diuiciis vtendum est sed eis non abutendum
Fortior est qui cupiditatem vincit quam qui hostem vincit
Ubi est confessio ergo ibi est remissio
Amicissima vita asserunt hec si h' quenoua mea tam publica esset
Omnibus fregeruns vita quam lingua
Qui nescit tacere nescit loqui
Ore uti paupertate est magna libertas

De fortuna Venere

Prudens fallere non vult nec falli
Cuiusque facti causam inquire
Non semper eris altus sis interdum da aio tuo requiem
Non te moueat dicentis auctoritas nec quis dicat sed quid dicitur attende
Maximum genus honestatis est ignoscere mendacis
Non ascribe tibi quod est pret maior vel videtur quam es
Acerbis turpibus te abstine
Risus tuus sit sine cachinnatione
Esto fugitor tuorum vitiorum aliorum non scrutator nec alienum reprehensor
Nec extollas ipsum nec deprimas
Senior esto iudicio quam sermone
Clementie esto ultor seuitie detestator
Omni esto benignus nemini blandus pauci familiaris omnibus equus
Ad iram tardus ad paciam promptus in aduersis firmus in prosperis cautus et humilis
Rumoribus minime sis credulus
Caue ne parcus sis
Deum amabis si eum in hijs imitaberis ut velis vti omnibus prodesse et nemini nocere
Sapiens sis rapibus et docilis cupidus

diuidendum est
Mori stultum est timere quod vitari non potest
Senex aut iuuenis moriere omnibus enim communiter parata est obviumque aut
quandocumque moriere
Bene est dura nobis est mors in morte mollis
In paupertate moriere non in paupertate est bonum sed in paupere
Forte moriere et bellos et bellis via primus

Boetius de disciplina scolarium

18

Diligentia cuiuslibet operis obtusitatem emollit
Logica est scientia veri et falsi indagatrix
Prudentia pacem colit nichil perdit sine iustitia iustitiam aut prudentia
simulat
Quanta [illegible] tediosa non [illegible]
Gramatice fructuositas cum latinitate obmittenda est quod enim habet
scientia communis reddit
Qui non nouit subiici nunquam nouerit se magistrari
Miserum est illum esse magistrum qui non nouit se fuisse discipulum
Discipulus debet esse beniuolus docilis et attentus docilis in inge=
nio attentus in exercitio beniuolus in animo
Scolaris non debet esse discolus
Discolus dicitur ille qui inuenit prauos plateas tabernas et meretrices
cellulas et publica spectacula pompas choreas et similia
Discipulus non sit magistro violentus Non enim est dignus scientia qui se
insurgit preceptori
Iuuenili feruore studeat se discipulus alienare
Meretrix est inferni ianua via iniquitatis scorpionis percussio
[illegible] scelere [illegible]
Vinum moderate sumptum acuit ingenium immoderate autem sumptum perturbat
rationem intellectum ebetat memoriam eneruat obliuionem immittit et producit
[illegible] laudaris [illegible] nescius

Nullum beneficium dandum est negligenter
Multi indigni sunt luce et tamen dies eis oritur
Qui beneficium non reddit non minus peccat quam qui non dat tantum
Beneficiorum memoriam senescere non debet
Beneficium manu tangi non potest sed animo geritur
Nec aurum nec argentum nec aliquid talium beneficium est sed ipsa voluntas
tribuentis
Non refert quam cicius det sed quo animo det et beneficium non est nisi consideratur
Primis danda sunt utilia deinde iocunda
Videndum est ne mittamus munera [illegible] et femine arma et
rustico libros
Optimum est prevenire desiderium rogantis
Illud beneficium est iocundum quod obviam venit
Celeritas multum facit mora multum aufert
Qui dedit beneficium taceat narret qui accepit
Nichil ita contrarium est in dando ut superbia
Referre gratiam facile est non referre gratiam in beneficiis turpe est
Ingratus est ipse qui negat beneficium quod accepit
Ingratus est qui dissimulat ingratus est qui non reddit ingratissimus
est omnium qui oblitus est
Nulla domus spelunca omnibus patet
In beneficio dando eligendus est vir
Nichil sine deo faciendum est
Multo plus prodest si paucas sapientie teneas et illa in promptu usui
habeas quam si multas didiceris et illa non habeas usum
~~Addiscis et illa non habeas usum~~
Stultitia est morbus animi

De Remediis fortune Senece

Peregrinatio vita mea est et nimis multum deambulandum domi re